Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

gesta approbo. utpote. qui ut cadē agerēs. gratiam
contuli. In hoc autē loco. generalis ecclē p̄sona introducit. Et karitatē tuā & fidem. subaudis eo modo
noui. quo et opera tua. karitatē scilicet qua dm̄ ex
toto corde & p̄ximū diligis sicut te ipsū. & fidem
qua credis dm̄ trinū in p̄sonis. unū in maiestate.
Est autē hic preposterus ordo. dum prius ponunt
opera postea karitas. de hinc fides. cum prius utq;
sit credere. deinde q̄d quisq; credit amare. inde etiā
q̄d credulitas & amor. docuerit operari. Subiungit
autē adhuc in laudib; ecclē & dicit. Et ministe
riū tuū & paciētiā tuam. Ministeriū illud intel
ligit quo ministrabant ecclē. illis qui erant in ihe
rusalem nichil habentib; de suis facultatib' misericē
opera exhibentes. apl̄o monente ut eēnt memores
fr̄m. Paciētia eni in hoc intelligit. quia omā isti'
seculi aduersa libenter p̄ xp̄o. sustinebant. ut p̄seue
rantes usq; in finē salui eēnt. Et opera tua nouissi
ma plura prioribus. Quantū ad ecclē infantiā pertinet.
bene opera illius plura prioribus comemorant. quia
uidelicet eccla. prius faciliorib; & leuioribus preceptis
solidata ē. Vnde & apli. tantū quatuor capitula
illis qui credebant imposuerunt. uidelicet. ut abste
nerent se ab immolato. & sanguine. & suffocato. &
fornicatione. Deinde uero cum multitudo ecclē cre
uisset. adhoc usq; puentū est. ut omā relinquerent
pro xp̄o. & ad culmen p̄fectionis tenderent. habita
pauperib; tribuerent. frs sorores. patres. & matres.
uxoresq; relinquerent. Ab hinc etiā exordiū sumpsit